



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

Capvt XIX. Ex congeminato nuntio, de nouo in vniuersa Calabria, terræ  
motu, à Iulio Cæsare Recupito S. Iesu conscripto, & Neapoli edito 1638.  
quædamnotatu digniora.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

perent, sed in veteri errore suo contumacissime perseverarent. An non terræ hiatu digni erant isti? an non abyssum merebantur, qui moveri se non sinebant, ut crederent, Messiam advenisse cum vel ipsa terra, in testimonium eius, moveretur? Sed & aliud quod ad hæc accessit, miraculum eos ad fidem non perduxit, quod prioribus & manifestius fuit, & admirandum magis. Nam proxima vestis sua sponte, vestes eorum crucis signis, radiorum instar conformatas, sive consignata. Ita omnes vestitum, tanquam fellis variegatum, & lamina arte atq; solertia distinctum habuere. Quo, illucescente die, viso, clam & detergere crucis notas conati, nihil egere. Quemadmodum autem crucis note ineluibiles fuere in vestibus Iudæorum; ita in manibus pedibusque, & latere Christi, vulnèrum nunquam debebatur cicatrices: Videbunt, in quem transfixerunt; quando videbunt Filium hominis venientem in nubibus cali, cum virtute multa & maiestate. Quem secundum quoque eius Adventum mortalibus patefacient insoliti tremores. Cur enim terra non trepidaret, si virtutes calorum commonebuntur? Est itaque terræ motus, etiam quædam futuri iudicij imago, utilis ad timorem Domini ac Iudicis, in peccatoribus excitandam. Cuius iudicij terrorem, ut vel in umbra delineemus, non pigebit huc apponere recentem & luculentam tragediam, politiore calamo narratam, quam nec pallus in Germania nostra, scio haberi, & à multis audiui sapientius deliderari, diuinæ iræ providentiæque potens exemplum.

## C A P V T X I X.

Ex Congeminato Nuntio, de nouo in vniuersa Calabria terre motu, à Iulio Cesare Recupito S. Iesu conscripto, & Neapoli edito 1638. quædam notatu digniora.

I.

**R**em ita contigisse, ut subiiciam, ex Auctoribus fide dignis conpertum. Dies intercurrebat Martij mensis vicesimus septimus, qui in sabbatum inciderat, nobilem à palmis appellacionem sortitum, ne palma sine cadibus forent, mox funestandum. Hora data iam erat prima supra vicesimam, sole ad occasum vergente, quæ luctuosum spectaculum auersaturo: cum terra repente mota Calabria tum citeriorem, tum vltiorem, celeberrimi Neapolitani regni Promincias, quæ conuulsit, quæ diruit: Messana urbe summa & ducum

JANUARI

s. dii

Hb 3

1078



menta discerent, extrema pati didicerunt: inter elementa Grammaticæ, duriore hausti elemento. Patres tamen, qui tam pio vacabant opere omnes integri, illæsq; Consimilis Dei providentia in Patribus nostræ civitatis eluxit. Nam ij omnes, quorum cubicula conciderunt, sui prodierant: eorum, qui intus aderant, cubicula substitere.

V.

Inter hos ille, qui hoc anno in Archiepiscopali templo summa laude concionabatur, cum ad insequentis diei concionem totus intuberet, terra motu ab ea cura diuulsus, alio cœpit cogitationem, ac peruenire. Mirum dictu quocunq; ille gradum fecisset, illico parietes, solum relicta à tergo ruebant; quasi tantummodo expectantes ad horum ruinam aliena incolumitas.

VI.

Magister ex ijs vnus, qui Grammaticam in eo Collegio dabant, terra motu exaudito, discipulos præiuit ad fugam. Intervallum datum, ut omnes pedem efferrent. Cum ad ianuam accurrerent, effugit pars ante fugientium oculos corruens fores obstruxit. Territi regressi ac referre cursum, unde diffugerant. Sed inter eundem ex altera parte primò superstans cubiculum, mox & schola vacua cecidit. Oculis undiq; exitu, nullus iam supererat transfugio locus; perdurante hac terra motu, atq; identidem ingrauescente: ita ut consistere non possent, progredi non auderent. His undiq; circumsepti periculis, dum omni parte fugam adornant, ex omni etiam ruinarum objectu eluduntur, animaduertit magister subjacentem scholæ adhuc in angustissimum fornicem: qui, submissis ingredientium ceruicibus, quatuor aut quinque vix caperet. Eo ipse sese celerrimè contulit: quod incredibile videbatur, viginti discipulos (nam forte ceteros ad suam quemq; pagum dimiserat) in eundem angulum sibi hærentes retraxit. Tectis hinc, inde, alijs ruentibus alijs nutantibus, & iam iam incumbentibus ad ruinam, mentis inopes pueri flere, conclamare, magistri operam deposcere, congematis his vocibus, perimus, Pater, perimus. Iam exortatus collisione casuq; lapidum puluis visum oculorum abstulerat; nulla quæ euadi posset, vlla ex parte apparebat: cum forte audita vox magistri alterius eum, qui delitescerat, quasi extinctum siebilitèr appellatis. Ille, in circumfusa caligine, eò gradum direxit, unde sonus accipiebatur: ac per aggestos obices & saxa undiq; collabentia, non tam ambulando, quam reptando, tandem ad plateam erupit, puluerulentus, & seminivus. Mox sequaces pueros voce, manu, ope eodem perduxit in

regros fossitesq; ne uno quidem vel mutilato, vel leso. Hac ita narraui, ut ab eodem accepi, minutius quidem, quia vera & comperta: Dei numine non parum prodente se, vel in paruis.

Non minor in alterius incolumitate admiratio. Nam dum Philosophie magistro & schola corruit & cubiculum, ipse utriq; calamitati subducitur. Caterum cordate hic, cum ad ruinosi templi fores terra motus initia presensisset, nihil moratus ad plateam euasit, ubi multos reperit lymphatis similes, & iam consternatos in fugam: qui, sacerdote conspecto, noxarum solutionem lamentabili voce, nec sine lachrymis petiere. Ille aliena magis memor salutis, quam sua, singulorum culpa rapim audita (quod in rebus extremis licet) singulos ocysissime etiam ab omnibus expianit. Ita, breuissimo temporis spatio, centum circiter confessiones excepit. Quod alij Patres inter fugam pariter prestiterunt. Profecto vnus terra tremor cunctis tremorem incusserat: atq; inter allisiones lapidum corda saxea scindebantur. Ingeriebantur oculis puluerca & ruinis elata nubes, qua sereno celo diem obtexerant: ita, ut non iuuare, non videre quemquam liceret. quod in immani alio terra motu, sub Traiani Imperio, contigisse testatur Dio. Exaudiebantur dissonæ voces hinc expectare, hinc ire iubentium. Feriebat etiam aures adiuu undequaq; cadentium fragor, qui terre motui adstrepebat: & puerorum vagitus, eiulatus mulierum, virorum clamor, timoris index ac doloris omnia latè loca compleuerat.

Planities, ad quam ciues, quasi dato signo, aduolauère, paradisi tunc simulacrum quoddam exhibuit, cum nihil ibi, nisi preces, imploratio numinis, scelerum detestatio, suspiria, lachryma, Christiana delicia. Nam cum eò ciues, ut dictum est, ac Societatis Patres undiq; confluxissent, a vicesima prima hora ad noctem usq; dimidiam nox confessione eluendis vacatum. Viginti quatuor terra motus identidem numerati, quasi ferali sonitu diem ira furiales hora distinguerent. Ita nox inter terra fremitus pauoremq; mortalium transacta lamentis, clamoribus, precibus. Ubi illuxit, stragem dies ostendit.

Comrouit omnium animos miserabilis patria vrbs aspectus, in qua viduata iam ciuibus nihil aspicerent, præter fragmenta lapidum, & dirutas aut semirutas adiuu potius umbras, quam ades. Accesserat ad doloris cumulum fames, dirissima inopum carnificina. Nam ex vicinis oppidis plurimi, qui bonorum omnium iacturam fecerant, confu-  
gere

VII.

VIII.

IX.

gere coacti ad urbem, seu verius ad campos, ad quos asportata urbes  
debat. His religiosorum Patrum industria, ditiorum libertatis  
commeatu ad victum suppeditati: ne conficeret incolumitas, quae  
ruina pepercerant.

X.

Hac ferme mihi de urbe Consentia luculentissimi testes, qui  
terruere, narrarunt. Sed nescio quo pacto terra motus in urbe quidem  
modo se gessit urbanus, larium magis exitio, quam hominum: in oppi-  
dum vires totas effudit. Altilia, Delsitum, Apilianum, Figlinum, Motta  
Dominici duo, S. Petrus, S. Stephanus, S. Hippolytus, S. Benedictus, Co-  
laria, Pedacium, Petra ficta, Spezzanum duplex, Mangonum, Pan-  
num, Zompanum, Carpenzanum, Roblanum citius periit, quae  
narro. Ceteri urbis pagi, qui octoginta quinque, in iisdem collibus  
rabantur, magna ex parte diruti, tantummodo non delati. In  
his mortalium strages, malo velociore, quam fuga. Murgantia po-  
tus cladem accepit plane consternata tota, maxima cum interitum  
civium. Illa quoque Episcopo, sed ad tantam egestatem redacta,  
tres tantum nummuli superessent. Durissime omnium cum Scilla  
actum, ubi censa incolarum capita supra quinque millia cum laribus  
tim oppressa, partim absorpta, in immanem terra subito debiscen-  
raginem.

XI.

Nulla tamen res magis saluti fuit, quam in terra procella  
serenitas. Hec multos ex urbibus oppidisque ad suburbia ac villas  
xerat: quo colonos omnes ferialis diei minime feriatus labor impar-  
rat. Campis tamen clades impar, par metus. Turbatum quoque, ac  
pidatum in agris. Conspicere, qui aderant, herbas repente, arborum  
sylvas integras circumduci; quasi iam ex his extructa nauigia mare  
fluctibus aestuarent. Turres, quae ruralibus casis impositae, atque inter  
tas per intervalla, dubium an consista, an condita, colles mira varietate  
distinguerant, ita funditus cecidere, ut ne vestigium quidem extra pul-  
ris indicaturum, unde turres assurgerent. Terra quippe non diducit  
latera, sed recta sursum, deorsum assiliebat, ita aedificia conuellerent, et  
seipsa subsiderent. Quocirca, sub terra motus initia, quidam Consen-  
e nostri Collegij fenestra, herbas vidit, & arbores, subsultantes, qui  
choreas saltibus agerent, faustum ad speciem exordium in fumigantem  
mam tragediam desitutum.

XII.

Vi deuentum non iam ad urbes & oppida, sed ad reliquias

braticas oppidorum, atque urbium, lapidum tumuli commonstruere cladem. Tum verò, metu in misericordiam verso, sublatus ad celum clamor, lares, patriam, parentes, liberos, coniuges lamentantium. Tum ad effodiendas ruinas incubuere. Quisque architectum, quisque fabrum murarium, quisq; manipulum agebat. Refossa humo, multorum corpora educta adeo lacera, ut vix vlla pristina forma imago appareret. Alia modicè elisa, oris habitu, post recens fatum, inter vitam ac mortem ancipiti. Calentibus adhuc membris relictus in vultu stupor, & quidam acer ad assurgendum conatus, sed irritus. Extracti nonnulli spirantes, inter supremos singultus, luce accepta, quam mox amitterent, ut, paruo intervallo, bis perirent. Non paucis etiam tempestive subuentum, quos ruina non tam obtinuerant, quam obtexerant. Ibi reperti superuixere periculo, plerique aliqua corporis parte mutilati, pauci integri. Illorum planè miseranda conditio, qui tunc omni ope deserti, nec subita morte defuncti, aliquamdiu inter ruinas vixere, ut eò atrocius interirent, quo lentius. Quenam porro mens illis fuit, cum mole lapidum obruti, nec extincti, in terra visceribus tumulati, ante fatum, nocte oculis circumfusa, nec liberè inter angustias meante spiritu, suq; , deq; , & à latere circumsepti, neq; aditum haberent, quo sibi opem ferrent, nec quo deponerent?

Admirabile id, quod ab oculato teste accepi, repertam prope Nicastra, inter ruinarum monumenta, mulierem, dubium an metu exanimatam, an fame: infantulum verò in eiusdem vlnis viuum, appressis labellis ad vbera, & haurito vite periculo è mortua. Incredible id merito videri posset, nisi recentissimo exemplo attestaretur antiquitas. Nam post ingentem Antiochix terra motum, sub Traiano, neminem, inquit Dio, viuum inuenire potuerunt, prater puerum, qui matris mortua sugebat vbera. Aliam praterea refert seruata, que suo se lacte pauerat, ipsa sibi nutrix & infans. Traditur quoq; de aly in casu consimili, incisa dentibus venâ, aliquamdiu suo se sanguine sustentasse: cum resorberent quem fuderant.

Illud tamen praterire non possum commemorare dignissimum, quòd non nemo ex ijs umbris, stamma maleficio verius, quam beneficio euasit in lucem. Quidam, ruente ade sacra, trabibus forte superstantibus, an fornicato aliquo intercolumnio incolumis seruabatur. Sed profecto iudicia Dei abyssus multa. Nam cum y, qui lapidum ag-

XIII.

XV.

XIV.

geres perscrutabantur, cadauera, quae commodè possent, efferret, reliqua concremarent, ne eo halitu è motu terra lues aëri gigneretur, tabulata, ac stramenta igne concepto, & flamma late fulsa, eadem corripuere, cum qua is ea jaëctatione desederat. Infelix incensum absumptus: & quodammodo sibi met aduersante natura, quem terra demerserat, ignis extinxit.

XV.

Huic, de quo diximus, ignis exitio, alteri aqua salutis fuit. Erunt pastorem, patefacta eo terra motu voragine, illico voratum caprege: sed cum eodem tempore (fidem liberent, qui oppignerarunt equidem plura transcribo, quam assero) torrentem ex hiatu terra summitteret, eodem impetu reductum ad auras cum pecore, quod terra rapuit, aqua reddidit, aër recepit. Consimile de Garzia Toletana politana arcis Praefecto à maioribus nostris accepimus. quem aliquando classe vectum prior unda è puppi ad mare proripuit: postquam mari ad puppim reduxit, ex congeminata scuitia incolumem. Ita dispari euentu de duplicato veneno, quod vim prioris inhibuit, de sonius sic lepidè cecinit:

Et cum fata volunt, bina venena iuuant.

Neque in terra motibus insolens, nouas aquarum erumpere scaturigines. Nam in monte Coryco, post terra concussum, nouas fontium exiisse scatebras, Theophrastus testatur. Quod etiam in bello Mithridatico prope Apameam Phrygia urbem euenisse traditur à Cominio Met. tr. 11. c. 8. Nunc quoque, hunc terra motum sequutos, nouas extitisse amnes prope Lametiam, incertus rumor vulgauerat, et in maius tollente fama, sed facile idem fluminis ruinarum obiectum aliò deriuatus, noui speciem praeiuit.

XVI.

Iam locus admonet, ut à citeriore ad ulteriorem Calabria gradum tandem haec narratio faciat. Huius caput Catacium, altera magistratus regis sedes, urbs & celebritate cinium, & quod Gallorum obsidionem paene sola dispulerit, fidelissima appellatione peruenit terra motibus plerumque, obnoxia, ac sapius hoc defuncta periculo: nam grauem in adibus passa perniciem, leuem in cinibus. Quinque tantum ex hoc terra assultu capita desiderantur. Caterum multa domus prostrata, concussa reliqua: adeo ut hic quoque, vacuis tectis, ligna in campis adiculas effinxerit ingeniosa necessitas. Adhuc post duos fere menses elapsos, dum haec scribo, degunt plerique, extra lares, extra



extra urbem, ante patriæ aspectum velut exilio mulctati. Hic quoque supplicationes decreta, quemadmodum de Consentia diximus: itumque ad lachrymas, ad preces, ad vota.

Maior in reliqua pronvincia strages, quam ut apud externos re-  
 pertura sit fidem. Nicastrum, quod paulò antè in Calabria ostentaba-  
 tur, nunc ubi fuerit, queritur. Hæc urbs funditus eversa cum ciuibus  
 exitum habuit ubique terrarum desendū. Intererant in Franciscanorū  
 templo horarijs precibus mulieres promiscuè, ac viri ferè sexcenti,  
 musicos inter concentus: cum resonante aliter terra, templum, tur-  
 res, tecta, muri, urbs denique tota corruit, primò exiliens, tum de-  
 cumbens, demum in se sepulta. Consepulta magna pars ciuium. tria  
 millia perhibent. Non plura in bello funera, cum magna clades in-  
 fligitur. Viros etiam, ac finitima urbi oppida idem turbo corripuit.  
 Perlegi quandam eorum Epistolam, qui diuino beneficio euasere; vnus  
 sub fenestra, alter sub porta fornice, tertius capite in foramen ingesto:  
 omnes, reliquo collabente edificio. Quidam præterea, cum per are-  
 nam ambularet arci subiectam, hancque suspiceret pronam iam, ac  
 precipitem, pueris duobus, qui fortè tum suberant, acceptis in bra-  
 chia, tantum planè spatij habuit ad suffugium, quantum moræ datum  
 est ad ruinam, & ne saxorum fragminibus pateret, oculuit se, puerosque  
 sub saxo. Episcopus, quasi nutu diuino presagiret euentum, animi causa  
 egressus ad pradium, suo capiti consulebat. Præcepti quoque ab exitio  
 alij. Hi non metu, non periculo territi, obmurmurante adhuc tellure,  
 irrupere in ruinas. Sed, dum vita functos queritant, incurrunt in vi-  
 vos. Accipiebantur ex cauo tenuissima voces veluti lamentantium.  
 Quamobrem sollicita sonos aure captare: & sicubi gemitus audiretur,  
 illic solum ferro proscindere. Pars opus urget imperio, pars consilio, pars  
 ligone. Tandem perruptis obicibus, ad caueas factus est aditus. Pauci ad  
 auræ extracti semimortui, qui tumulati fuerant semiuui. Duo præ-  
 terea inde traduntur non prætereunda silentio sed posteriorum memoria  
 consignanda. Alterum, in ipsis adium fundamentis inuentos passim  
 globos cinereos, quasi urbs non tam terra motu hausta, quam incen-  
 dio abysset in cineres. Alterum memoratu dignum, Lametum flumi-  
 num prope Nicastrum, visum rubricatis aquis, veluti sanguine, cur-  
 rere. Inter ceteros, qui egesta humo è ruinis viuentes eruti, eductique  
 sunt, eximia Laura Aquinas, Principis Castilionis, Nicastro etiam

XVII.

XVIII.

XIX.

XX.

imperitantis uxor, nobilitate clara, pietate clarior, utero grauius  
 inanius salute duo capita seruarentur. Fato tunc crepta, infra mo-  
 mo, effracto crure, malum in tam ingeni clade lenissimum. Non e-  
 dem Principi fortuna fuit. Nam cum in gestatoria sella, lubiles cap-  
 sacras ades obiret, decumbentibus undiq, tectis, obrutus, nec sella  
 cadaueris per plures dies ullo extante vestigio. Maxima profecto  
 tanto infortunio felicitas, quod mors illi obuenerit rite confessis, p-  
 cepta etiam Eucharistia. Idem plerisque contigit, quos ea occasus  
 cramentis munitos mors subita deprehendit. Caterum Episcopi ser-  
 uati: ne in hoc rerum articulo onibus pastores deessent. Hos, in-  
 cundante Numine, intactos clades praterijt, late in urbes ac popu-  
 debacchata.

XVIII.

Mileti urbs pane deleta: Domus Episcopalis corrui, Episcopus  
 uia limen egresso, & ruina precepto. Non multo felicior Medama  
 uem quoque in tectis passa perniciem. Rhegi terra motu minime  
 mitis, solo fragore contentus. Nouo tamen terra motu fere post  
 sem elapsus sanius integrato, tantus ciues terror inuasit, ut de  
 urbe, uix consilij compotes multo grauiora presentibus expectant  
 Indicta celeriter supplicatio. Francisci Xauerij, noui eius urbis pater  
 statua circumducta: quam comitati ciues fere omnes sacris, crucis  
 flagris instructi. Manabat e tergo sanguis, ex oculis lachrima: & p-  
 meratis in unum uocibus misericordiam implorantium repercussa  
 les, ac litora responsabant. Nec silendum, quod inde nunciam rece-  
 ssa littera. Pagi Rhegini in tres distributi regiones accola ad euas-  
 Francisci eadem sacram turmatim ibant, terra motum deprecantur  
 cum una pars via radio substitit, duabus reliquis persequutis inter-  
 ceperant. Dispar consilium, dispar etiam qua damnauit, qua probat  
 euentus. Nocte proxima terra motus atrox eorum tantum ades  
 sit, qui re infecta redierant: ab is, qui Xauerij templum inuiserant,  
 auditus quidem. Hec ex urbe Rhegio.

XIX.

Idem Tropiana terror, idem periculum, idem sensus animorum  
 supplicationes, cruciatu, preces. In consimili discrimine, fors non desit  
 Sacrorum, S. Christina, Hipponij; nisi quod huius oppidi pagi tres  
 cidere. Socianum plane indemne: nec dubium, quin D. Dominici be-  
 ficio. Napitia incolumis tulit incolumitatem prodigium. Ferunt terra  
 motu impendente, visum e vicino litore ad duo passuum millia

decedere: arefcentibus repente vadis, qua modo superfusa vnde occupaverant. Eo spectaculo paganos malum imminens odoratos, destitutis confestim laribus, ad sylvas, montesq, immigrasse: insolito aqua motu terra motum praeunntiante.

Luētiosissimus omnium antiqua Lametia, nunc S. Eufemia exitus. Qui pagus, commune nauigantium hospitium, vnde rates soluerent, quo solebant appellare, ita cum accolis repente disparuit, ut vix, aut ne vix quidem saxula manserint, monumenta, siue recentioris ruinae, siue anterioris fortuna. Lachrymabilem eius solitudinem narravit, qui spectauit nostrae Societatis Sacerdos, natione Germanus, germana, id est, probatissima fidei.

XX.

Hi e Calabria tum citeriore, tum alteriore nuncij. Non his tamen se continuit finibus tam vasta calamitas, sed traiecto freta Messanam tenuit, septem tantum exanimati. Inter quos mulier ruente per interualla templo, vix tum soluta culpis, vita & corpore soluitur. Confessario tamen intacto, cui seruando dua trabes, cum ruerent, obliquauerent se in fornicem: ne mors illi inferretur in vita munere. Tres quoque pueri, dum inconsulte trepidant, unusq, alteri festinando fugam moratur, omnes praeuolauerent ad superos acerbissima aetate: maturante fati immaturitate consilij. Ceterum in fugam effusi. Messanam terra, Panormam aqua motus iactauit. Neapolim terra motus non tam afflixit, quam attigit, velut ex longo itinere debilitatus, ac fractus; ita sensim, ut non paucorum sensus atq, aures effugerit. Sub idem tempus, in vicino Abelle oppido ingens arborum strages vi ventorum: ne tunc erumpentes e terra halitus innoxij volitarent. Campania reliqua intacta, ne felicitis nomen amitteret. Lucania finitimo malo correpta. Nam paucorum dierum interuallo Maratea adeo terra motus inualuit, ut ubiq, conspicerentur parietes discissi, dissiq, inter se: mox tamen eodem impetu coaluere.

XXI.

Ceterum, quo terra non peruasit motus, metus irrupit. Astra terrorem incusere ijs, quibus terra non potuit. excitata quippe his claudibus eorum industria, qui siderum cursum scite norunt inspicere. Astrologos appellant, genus hominum inane & ventosum, duces promissis onerans, vulgus terroribus, in utroq, mendax: Ambigitur, an inter hoc recensendus Petrus Paulus Saffonius, natione Calaber, munere medicus, qui hac serpente clade, cepit magis horrenda praecinere. Terra

XXII.

motum imminere sauiorem non uni prouincia, aut regno, sed toti  
 orbi terrarum. Mare littoribus aut conscensis, aut effractis ad duo  
 suum millia exundaturum, maritimarum euersione urbium. Grandi-  
 nes eodem tempore quinque librarum pondere ruituras è celo, quibus  
 animantia ac tecta subruerentur. Et, ne quod fingi posset aliqua  
 parte per fugium flammis erumpentes è montibus cetera vastata.  
 Iudicium imminere mortalibus, non quidem supremum, sed supra  
 quasi prænuncium, ac prodromum. Excepta hæc primò credulis am-  
 bus ab imperita plebecula, tum traducta etiam ad proceres, non sine  
 suspitione veri. Fidem conciliabat rumor, quòd is tum Vesuuium in-  
 cendum, tum terra motum hunc recentissimum longè antè prædix-  
 rit. Appellabantur probatissimi testes, idq; a multis etiam cordatissimis  
 creditum, cum illud tantum in controuersiam vocarent, an id obserua-  
 tione astrorum, an ope Demonis, an numinis afflatu rescuerit. quip-  
 pè ille diuinam sibi sapientiam astare iactabat. Quouis modo id prædix-  
 exitum pertimescendum putabant. Res eò deducta est, ut in tota  
 Calabria incola secessionem, ac fugam meditarentur: quasi ibidem  
 beret repetita calamitas recrudescere. Quanta etiam hic in vrbe re-  
 facta sit eo nuncio consternatio animorum, credi vix potest; præter  
 vaticiniy fama fidem faciente mendacio. Irvidebantur quidem capro-  
 sagia à paucis, metuebantur tamen a non paucis: plurimi, ut dictum  
 leuissimè, non contemnenda censebant. Recolebatur ab Historicorum  
 peritis, atate Francisci Petrarca, consimile vaticinium, tanto popu-  
 rum terrore, ut Ioanna adolescentula regno posita, nudis pedibus, ad  
 sacras obierit: tanta etià euentus vaticinio respondentis fide, ut præ-  
 ciato die horribilem terra boatum ediderit: mare Neapoli exundatū,  
 voratisq; in portu nauigijs adiculas litorales demerserit, magna mortu-  
 lium strage: dies quoq; noctem effuderit, extincto sub ortum sole; cæ-  
 terraq; mundi interitum conclamantibus. Grauiora nunc timeban-  
 tur, recentissimo Calabria exemplo. Hæc passim in trinijs, in angulis, in  
 foro, in aulis sermone omnium ferebantur: territis semel animis ad vitu-  
 tuenda deteriora pronis. Damnabatur censorio supercilio ab Aristar-  
 chis credulitas; ab alijs, par huic vitium, securitas. Itaq; ad montana  
 loca diffugere nonnulli cœperant, alij decreuerant: exundatione maris  
 maiorem incurtente metum, quam montis flamma, cui assueuerant.  
 Trepidatum præterea in toto regno, quòd celerrimè rumor manauerat.

sed profecto tam vasta mendacia mole ruunt sua. Captus ille iussu regis magistratus, ac Neapolim perductus. ubi vocatus ad questionem damnatus est ad triremes: ut in lignea arca se clauderet, qui diluuium praemonebat, mare remis sollicitaturus, ut exundet, juxta presagium. Ductus publice per plateas, inter confertissimam multitudinem exceptus sibilis, probris, pugnis, calcibus, vulneribus à turba antea metuente, postea indignante metum: ita ut magno satellitio septus vix vulgi manus, ac furorem effugerit. Nec deerant, qui vatē eum suspendio destinarent; quasi laqueo mendacium strangulaturi. Caterum quòd is prateritum terra motum pradixerit, pernegant aliqui: cum pleriq, id generis hominum post euentum diuinent. Sed si res ad veritatis trutinam expendatur, pro comperto id habitum apud multos, qui suo testimonio aliorum fidem extorquent. Equidem ita censeo, ex Almanaco, ut appellant, Benincasa, in quo terra motus hoc anno praenunciatur, à Sassonio Calabriam, in qua degebat, quod terra motibus esset obnoxia, designatam, postea euentu animosorem redditum, temerè adiecisse maiora, perfectò fortasse presagio eodem: in quo mensis Maij dies quintus periculosus edicitur. Hec de metu ex causa plane inani, ac pane ridicula.

Sed grauiora non deerant, qua timorem injiciebant non leuem.

XXIIL

D. Ianuarij sanguinem, urbis huius thesaurum nullo capitis occursum exhibuisse se sponte mollem, ac liquidum claris auctoribus traditur. Quod est, ut saeculorum experientia docuit, in ipsomet prodigio prodigiosum, nec sine calamitatum indicio. Nam ut de ceteris sileam, cum aliquando inter Paulum Quartum Romanorum Pontificem, & Philippum Secundum Hispaniarum Regem atrox bellum arderet, Duce Alae Neapolitano Prorege cum exercitu aduolante ad urbem, atq, obsidione minante, tam diu hic sanguis contra natura leges, extra venas se liquidum praeiuit, quamdiu bellantium animi praeuere se dueros. Tum eodem die atque hora concreuit, quo pax firmata, atq, obedientia Pontifici reddita. Verum cum Ianuarius non Neapolitane tantum urbis, sed totius etiam sit regni patronus, sanguis nunc ultro eliquatus ad presentem Calabria cladem referri potest; qua nondum plane detonnuit. Addita quoq, vaticinationes aliae, in magnis cladibus magna etiam ementiendi licentia. Daemonem humana specie per varias Calabria vrbes, ac pagos veluti concionabundum vagari, ac supremum

mum

num mundi diem denunciare, parente mendacij, tam abstrusa veritate pracone. Energumenum praeterea Exorcismis coactum aperuisse crimina, quibus tanta clades infigitur, eaq; publico chirographo consignasse: adiectis minis, nisi respiciant, grauiora imminere. Rhegijs Depara imaginem exudare visam sponte tumescente vultu; quasi clementia parens tantis cladibus illachrimasset.

## XXIV.

Narrantur etiam inter tot diuina ira argumenta, alia quaedam eximia beneuolentiae pignora. Redonatam calo e ruinis, post tres, & amplius exactos a terra motu dies, cum filijs duobus mulierem Olym Parisij sororem, hanc exanimem, illos spirantes. vegetosq; nullo doloris, nec famis indicio. Admirabundi, qui aderant, sciscitari quanam vi in terra cauernis, ac veluti inter sepulchrales tenebras coacti tot diebus sine cibo. potuq; traductis, euasissent tam integri, valentes. Affirmant illi quotidie iuuenem eleganti aspectu, atq; aureo amictu fulgentem apportasse fercula, panes vermiculos farinaceos minutatim concisos, pisces, omnia bene condita; frigidam etiam ad potum: quibus recreati ac refecti dies ibi, noctesq; nullo cruciatu, nulla fame transierint. Suspexere omnes diuina clementiae munera: nec dubitatum, quae hac eius Angeli ministerio contigerint, qui alterutrum ex ijs custodendum suscepit. Nec reticendum, intra quadragesimales dies, non eos cibos allatos, quibus iuxta Ecclesiae praescripta vesci liceret: Augusti ipsi, contra Haesicorum perfidiam, solemnis ieiunii iura nono miraculo contestantibus.

## XXV.

Enimvero superioribus annis, terra motus occipere in Calabriae iactato Catario, non sine adium injuria, luxato Girifalco, non sine ragine. Non multo post deflexere in Apuliam, vrbe S. Seueri, & Epidis dirutis non ignobilibus. Paucis post annis transmiserunt Neapolim imitati Vesuiianum incendium. eueris Herculano, & Pompeji, exata Neapoli, perturbata Campania, perterrefacta Italia, metu etiam ultra periculum. Postremo atrociores remigrare in Calabriae non pagum aut urbem, sed integras Prouincias depopulati, non clade exaturata clade. Adhuc ibidem impune bacchantur, quicquid pro furori integrum demolituri. Inde corripere Lucaniam; tranant Tarentum: iamq; in ora Salentina urbem Neritum terra ingenti motu iactatam, postremis nuncijs accepimus. Quota regni pars Lucaniae cat? Clades nobis creatur ex clade. Incendium terra motu, terra

motus incendio seritur, exitiali quadam fecunditate. Pleraque regna  
 Mars vexat, nostrum pax: & cum externis viribus non pateat, in  
 exitium suum armatur. Dedimus tragœdiam orbi terrarum, deflen-  
 dam lachrymis seculorum: omni malo vexati, nullo perdomiti. Trigin-  
 ta circiter millia hoc terra motu interempta. Tanta interneccione  
 mortalium diuina ira litatum. Non plures, iusta acie, iniquo Mar-  
 te, vnico bello, pluribus pralijs, cecidissent. Non hoc extinctorum,  
 quem recensui, numero eos complectar, quos ex terra motu vel saucios,  
 vel bonis omnibus spoliatos aut vulnus, aut arumna confecit: præteri-  
 tis etiam ijs, quos distracta in campos domo, contractus morbus sustu-  
 lit. Minor tamen fuit hominum strages, quàm pro urbium atq; oppi-  
 dorum ruina. In Vesuuiano incendio quinque millia capitum periire,  
 duobus oppidis euersis, pago vno, vel altero. Nunc dejecta Consentia,  
 quassatum Catarrum, Prouinciarum metropolis, absumptum Nica-  
 strum, Calabria ornamentum, ac gemmula; deleta Murgantia, affli-  
 ctum Miletum, Terina semirutâ. Messana, Roscianum, Besidia, Tîo-  
 piana, Medama non sine querela. Rhegium, Locri, Tarentum, Ma-  
 catea, Neritum periculo affinia. Neapolis si minus ruina, certè oppressa  
 metu. Has decem & septem vrbes terra motus inuasit; multas ex  
 parte, quandam funditus diruit: & mœnia inter tot seculorum obsi-  
 diones intacta, vnico afflatu expugnauit. His adÿce oppida, pagosq;  
 qui partim ingentem perniciem, partim integram ruinam perpesi sup-  
 putantur septuaginta, & eò amplius. Ex his facillè inferre licet, ter-  
 ra motum hunc collocandum esse inter maximos. Etenim Plinius di-  
 ligentissimus antiquitatis scrutator, Maximus, inquit lib. 2. cap. 84.  
 terra mortalium memoria extitit motus, Tiberij Cesaris principatu:  
 duodecim urbibus Asia vna nocte prostratis. Nunc verò dejecte, ac  
 detritæ vrbes non minus, quàm duodecim; si addas oppida, vrbes equan-  
 tia. Pagi, villa, turres siue rurales, siue litorales extra numerum. E-  
 quidem non inficior, terra motum, quo sub Tiberij fascibus, Christo  
 morienti tellus indoluit, iure à Plinio omnis memoria maximum  
 recenseri, non clade, sed mole. Quippe non vnius, aut alterius regni con-  
 clusus sinibus totum concussit orbem terrarum. Inter eos verò terra  
 motus, qui intra naturæ leges, extra miraculum positi naturales causas  
 agnoscunt, hunc, de quo scribimus, vix ab alio quopiam superari cre-  
 diderim, immanitate, amplitudine, diuturnitate. Immanitas perspi-  
 cuit

cue ostenditur testimonio Seneca, qui terra, inquit, Ep. 4. vixit  
quam tam grauis aut perniciosus motus fuit, ut tota oppida euer-  
ret. Nunc eversa tres vrbes, plura oppida, pagi plurimi: dua Pron-  
cia deuastata. Nec quidquam defuit, quod atrocitati seruiret. M-  
diffractus Consentia: maris decessio in Napitia: procella Panormi,  
terra hiatus in Sciliano: aqua superfusa agro Lametino: fumei globi e-  
rumpentes è Vibone, flamma exardescens in Vesuuio: cineres effu-  
sae Nicastris, amnis sanguineus propè Nicastra.

XXVI.

Amplitudinem proximi terra motus metiri possumus locorum  
spatijs, qua longè, lateq; complexus obtinuit. Gemina Calabria occu-  
pata, Pronecia praterea tentata tres, ora Salentina, Lucania, Cam-  
pania. Messanam perstrinxit. Infestata Sena, vrbs Hierurgia steroti-  
tissima. Terra, inquit Seneca lib. 6. nat. quaest. cap. 25. non vniuersa  
per ducenta miliaria motus extenditur. Hic ab extrema Calabria  
ora vsq; Neapolim plus quam trecenta passuum miliaria tenuit.

XXVII.

Amplitudini par diuturnitas. Enimuerò duobus iam ex-  
mensibus, adhuc terra motum, per interualla saepe quotidiana loca  
perferunt. Ineunte Iunio congemmatum primo similis terra motus:  
si quòd huic parem diruendi materiam ruina ipsa subtraxerat.  
Sub ortum solis, primo radiorum appulsu excitati spiritus, euocatiq;  
suprema cepere denuo terram impetere, ac veluti ad motus ma-  
chinis arietare. Hora imminabat quarta supra decimam, cum  
calescente iam sole, quasi tunc quoq; ira calescerent, halitus maiori  
petu soli duritiem adorti, terra motum edidere in vniuersa Calabria  
deo ingentem, ut iterum omnia late loca Neapolim vsque perueniret  
quanquam id sparsim raptimq;, defruescens per interualla sancta  
Catarium imprimis, Consentiamque pessumdedit, odio in metropoli  
infestiore. Catary, quod supererat, Episcopalis templi; Consentia, qua  
steterat regia arcis deiecit. Vtrobique ades aliqua concussa labant,  
quantum coniectura assequi possumus, primo aggressu labefacta.  
Besidia, & Patyras modicè prius attacta detrimentum seruata  
nunc passa non modicè Sancta Seuerina mons in enormem hiatus ab-  
cessit. Petilia & Casabona planè deturbata, atq; eversa. Oppida  
minora, vicinè, insolecente malo non numerantur in clade. Iam in-  
raro ubiq; metu, denuo deserta tecta, reuertuntur ad campos. Nunc  
tum etiam è citeriore Calabria, in agro Nucernano pluisse grandina



vanta molis, ut duarum librarum pondus explerent. quibus animantes non pauca sub Dio exanimata, quasi lapidatum esset de calo. Grandines quoque, visus subnirides, veluti spem facerent melioris fortune. Quamquam si rationes expendimus, spes in metum euadit: neque alia spes affulget, nisi de qua poeta. *Aeneid. 4.*

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

C A P V T X X.

Vilissima, in terra motibus, rerum caducarum contemnedarum mortalibus exhiberi monumenta.

**P**oterimus & nos, enimvero & debemus eiusmodi, longèque atrociorē expectare tempestatē, quam Ioël, his verbis prædixit: *A facie eius contremuit terra, moti sunt cali: sol & luna obtenebrati sunt, & stelle retraxerunt splendorem suum. Et Dominus dedit vocem suam, ante faciem exercitus sui: quia multa sunt nimis castra eius; quia fortia, & facientia verbum eius: magnus enim dies Domini, & terribilis valde: & quis sustinebit eum? Nunc ergo dicit Dominus: Cōuertimini ad me, in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu: dum tempus est conuersionis; erit, cum ira Dei non poterit amplius mitigari. Si enim, in hac vita, Georgius Abbas, vidit aliquando Christum à tot millibus Sanctorum, denique nec ab ipsa sua Matre potuisse mitigari, quantò minus poterit mitigari, in die iræ? Hi maximi sunt fructus, qui è terræ motibus vel factis, vel meditatè cogitatis oriuntur; ut scilicet per eos intelligamus. 1. Peccati gravitatem; 2. Dei peccato irascentis æquissimam indignitatem. 3. Eiusdem, in ipsa ira, erga suos, bonitatem. 4. Christi auctoritatem, ac potestatem. 5. Vltimi iudicij formidandam faciem. 6. Pœnitentiæ necessitatem. 7. Terrarum, quas tantopere amamus, calamitatem; ac proinde, ut à terra morientium ad terram viuentium; à creaturis ad Creatorem conuertamur. *Vberibus matres absinthia terra medentes* illinere solent, ut aduiciores liberos fastidio absterreant. Illinit & terris Deus suas amaritudines, ut calum queramus. Quid enim, stat terra? sed nō ita, ut non possit cōcuti atque moueri. Eriguntur palatia? sed sæpe vno momento deijciuntur.*

1.

Ioël. 2. 10.

Moscu Eui-  
rat. in Prat.  
spir. cap. 50.

Kk 2

Sur-